



I. N. I.

THEOLOGIÆ POSITIVÆ  
COMPENDIUM.

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΩΝ

CAPVT I.

DE NATVRA ET CONSTITV-  
TIONE THEOLOGIÆ.

§. I.

**T**heologia<sup>a</sup> vi vocis<sup>b</sup> denotat λόγον  
περὶ τοῦ Θεοῦ, id est, sermonem aut  
rationem<sup>c</sup> de Deo. Ex usu loquen-  
di autem importat habitum<sup>d</sup> cognoscendi  
Deum & res divinas, easque docendi,<sup>e</sup> con-  
firmandi ac defendendi, talem quidem, qui  
objecto<sup>f</sup> conformis est, & in homines pro  
statu hujus<sup>g</sup> vitæ<sup>h</sup> cadit<sup>i</sup>.

NOTÆ.

<sup>a</sup> Patribus Græcis hoc nomine jam olim ap-  
pellata: prout *Clemens Alex.* Lib. IV. Strom. sub  
initium, p. m. 475. A. ἐπιδρομὴν τῆς Θεολογίας  
vocat, quam Latini cursum Theologicum dice-  
rent. Et *Justinus Martyr* Exhort. ad Gentes p. 4.  
τῶν ποιητῶν Θεολογίαν nominat. Non autem fir-

A

mi-